

esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquáalitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communió

Dicit Dóminus: Implete hýdrias aqua et ferte architriclino. Cum gustásset architriclinus aquam vinum factam, dicit sponso: Servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discípulis suis. (Ioann 2:7; 2:8; 2:9; 2:10-11)

1. Jubilate Deo, omnis terra, psalmum dícite glóriæ nóminis ejus, glorificáte laudem ejus.

2. Dícite Deo: Quam terribília sunt ópera tua. Præ multitúdine virtútis tuæ blandiéntur tibi inimíci tui.

3. Omnis terra adóret te et psallat tibi, psalmum dicat nómini tuo.

4. Veníte et vidéte ópera Dei, terríbilis in adinventiõnibus super filios hóminum.

Postcommunió

Augeátur in nobis, quaesumus, Dómine, tuæ virtútis operatio: ut divinis vegetáti sacraméntis, ad eórum promíssa capiénda, tuo múnere præparémur.

vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepalauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Pasakė Viešpats: „Pripildykite statines vandens ir neškite stalo vyresniajam. Kai stalo vyresnysis paragavo vynu paversto vandens, pasakė jauniui: „Iki pat šio laiko išsaugojai gerąjį vyną“. Šį ženklą pirmąjį Jėzus padarė savo mokinių akivaizdoje. (Jn 2:7; 2:8; 2:9; 2:10-11)

1. Šlovinkite Dievą, visa žeme, giedokite šlovės giesmę jo vardui, teikite jam iškilmingą garbę!

2. Kartokite Dievui: Kokie nuostabūs tavo darbai! Tavo jėga tokia didi, kad tavo priešai gūžiasi prieš tave!

3. Tegarbina tave visa žemė, tegieda tau šlovės giesmę, – tegieda šlovės giesmę tavo vardui!

4. Ateikite ir pamatykite, ką Dievas padarė, – savo darbais jis kelia pagarbą žmonių baimę.

POSTKOMUNIJA

Prašome, Viešpatie: tebūna gausinamas mumyse tavosios galybės veikimas, kad, atgaivinti dieviškaisiais sakramentais, per Tavo malonę būtume rengiami pelnyti jų žadamus dalykus.



Proprium Missæ

DOMINICA II POST EPIPHANIAM II SEKMADIENIS PO VIEŠPATIES APSIREIŠKIMO



Introitus

Omnis terra adóret te, Deus, et psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo, Altíssime.

Ps. Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius. (Ps 65:4, Ps 65:1-2)

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui coeléstia simul et terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; et pacem tuam nostris concéde tempóribus.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános. (Rom 12:6-16)

Fratres: Habétes donatiónes secúndum grátiam, quæ data est nobis, differéntes: sive prophétiam secúndum ratiónem fidei, sive ministérium in ministrándo, sive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in sollicitúdine, qui miserétur in hilaritáte. Diléctio sine simulatióne. Odiétes malum, adhærétes bono: Caritáte fraternitátis ínvicem diligétes: Honóre ínvicem præveniétes: Sollicitúdine non pigri: Spíritu fervétes: Dómino serviétes: Spe gaudétes: In tribulatióne patiétes: Oratióni

INTROITAS

Visa žemė šlovina tave, Dieve, ir tau psalmuoja; gieda psalmes tavajam vardui, Aukščiausiasis.

Ps. Džiaugsmingai šlovinkite Dievą visa, kas yra žemėje, giedokite psalmę Jo vardui; teikite garbę jo gyriui. (Ps 65:4, Ps 65:1-2)

KOLEKTA

Visagali amžinasis Dieve, kuris sutvardai dangiškuosius, o taip pat ir žemiškuosius dalykus, mielaširdingai išklausk savosios tautos maldavimus ir savąją ramybę suteik mūsų laikams.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Romiečiams (Rom 12:6-16)

Broliai, turime įvairių dovanų, nelygu kokia malonė mums suteikta. Kas turi pranašystės dovaną, tegul ja naudojasi, laikydamasis tikėjimo; kas dovaną tarnauti – tetarnauja, kas mokyti – tegul moko, kas paraginti – tegul ragina; kas dovaną šelpti – tegul šelpia dosniai, kas vadovauti – tegul vadovauja rūpestingai; kas dovaną gailėstingumo darbams – tegul pagelbi kitiems su džiaugsmu. Meilė tebūna be veidmainystės. Bodėkitės pikto, laikykitės gero. Nuoširdžiai mylėkite vieni kitus broliška meile;

instántes: Necessitátibus sanctórum comunicántes: Hospitalitátem sectántes. Benedícite persecúentibus vos: benedícite, et nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus: Idípsum ívicem sentiéntes: Non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

Graduale

Misit Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et erípuit eos de intéritu eórum.

V. Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: et mirabilia eius filiis hóminum. Allelúia, allelúia (Ps 106:20-21)

Alleluia

Laudáte Dóminum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius. Allelúia. (Ps 148:2)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Ioánnem (Ioann 2:1-11)

In illo témpore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galilaeæ: et erat Mater Iesu ibi. Vocátus est autem et Iesus, et discípuli eius ad núptias. Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius ministris: Quodcúmque dixerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hýdriæ sex pósitæ secúndum purificatiónem Iudæórum, capiéntes síngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et

lenktyniaukite tarpusavio pagarba. Nebūkite apsileidę, bet uolūs, karštos dvasios, tarnaukite Viešpačiui. Džiaukitės viltyje, būkite kantrūs varge, ištvermingi maldoje. Rūpinkitės šventųjų reikalais, puoselėkite svetingumą. Laiminkite savo persekiotojus, laiminkite ir nekeikite. Džiaukitės su besidžiaugiančiais, verkite su verkiančiais.

GRADUALAS

Pasiuntė Viešpats savąjį Žodį ir juos išgydė; ir išplėšė juos iš jų pražūties.

V. Lai išpažįsta Viešpatį Jo gailėstingieji darbai ir jo stebuklai, padaryti žmonių vaikams. Aleliuja, aleliuja. (Ps 106:20-21)

ALELIUJA

Šlovinkite Viešpatį, visi Jo angelai; šlovinkite Jį, visos jo galybės. Aleliuja. (Ps 148:2)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 2:1-11)

Anuo metu: Galilėjos Kanoje buvo vestuvės. Jose dalyvavo Jėzaus motina. Į vestuves taip pat buvo pakviestas Jėzus ir jo mokiniai. Išsibaigus vynui, Jėzaus motina jam sako: „Jie nebeturi vyno“. Jėzus atsakė: „O kas man ir tau, moterie? Dar neatėjo mano valanda!“ Jo motina tarė tarnams: „Darykite, ką tik jis jums lieps“. Ten buvo šeši akmeniniai indai žydų apsiplovimams, kiekvienas dviejų trijų saikų talpos. Jėzus jiems liepė: „Pripilkite indus vandens“. Jie pripylė sklidinus. Tuomet jis pasakė: „Dabar

dicit eis Iesus: Hauríte nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterior est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeæ: et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius.

Offertorium

Iubiláte Deo, univérsa terra: psalmum dícite nómini eius: veníte et audíte, et narrábo vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, allelúia. (Ps 65:1-2; 65:16)

Secreta

Oblata, Dómine, múnera sanctifica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda.

Præfatio de sanctíssima Trinitate Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in

semkite ir neškite stalo prievaizdui“. Tie nunešė. Paragavęs paversto vynu vandens ir nežinodamas, iš kur tai (nors tarnai, kurie sėmė vandenį, žinojo), prievaizdas pasišaukė jaunikį ir tarė jam: „Kiekvienas žmogus pirmiau stato geresnio vyno, o kai svečiai įgeria, tuomet prastesnio. O tu laikei gerąjį vyną iki šiolei“. Tokią stebuklą pradžių Jėzus padarė Galilėjos Kanoje. Taip jis parodė savo šlovę, ir mokiniai įtikėjo jį.

OFERTORIUMAS

Džiaugsmingai šlovinkite Dievą visa, kas yra žemėje, giedokite psalmę jo vardui, ateikite ir klausykite visi, kurie bijote Dievo, ir papasakosiu jums, kiek daug padarė Viešpats manajai sielai, aleliuja. (Ps 65:1-2; 65:16)

SEKRETA

Viešpatie, pašventink paaukotąsias dovanas ir mus nuo mūsų nuodėmių dėmių nuvalyk.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties